

Biblioteca  
ASTRA, Sibiu


192

P.C.N.

05


T1-225

230.



2594

N



# THALIA LEGITIMA SIVE DE TEMPORE, LOCO, ET PERSONIS, RELIGIOSE JU- CUNDUM CONVIVIUM CON- STITUENTIBUS.

LIBRI TRES.

HONORIBUS

Specabilium, Reverendorum, Prænobilium,  
Nobilium, ac Eruditorum Dominorum Domi-  
norum NEO-BACCALAUREORUM.

CUM

IN ALMA, AC REGIO-PRINCIPALI  
ACADEMIA CLAUDIOPOLITANA  
Societatis JESU Primâ Philosophiæ Laureâ  
in signarentur.

PROMOTORE

R.P. FRANCISCO GÓCZE  
è Soc. JESU AA. LL. & Philosophiæ  
Doctore, ejusdemque in Physicis  
PROFESSORE ORDINARIO.

A POËSI CLAUDIOPOLITANA  
OBLATI.

36

ANNO M. DCC. LII.

Claudiopoli Typis Academicis Soc. JESU.





SPECTABILES, REVERENDI,  
PRÆNOBILES, NOBILES,

A C

ERUDITI  
DOMINI DOMINI

NEO-BACCALAUREI!

**N**on difficile feretis, opinor,  
Thaliam Conviviorum Deam,  
in Partem plausūs, quem cum Lauris  
unā ablaturi estis, velut vectigalem acce-  
dere; immò, si Mæcenas quispiam vo-  
cārit, nihil dubito, lèti eritis, nec in-  
viti ibitis. Sordidati enim pulvere scho-  
lastico, exhausti cum lucro viribus, de-  
plumato cum victoria Vulpansere, du-

Eto cum honore triumpho, neque jam tin-  
eti, sed infecti secretiori Pallade, neque  
jam myrtati Tricongii, sed vittati Bac-  
calaurei, vosmet invitaretis liberaliter.  
Agite itaque! Lauro, ac Thalia Duci-  
bus Mæcænatem quærite; ante tamen,  
quām discedatis, paucis vos volumus;  
primum illud: ut ne miremini, Thaliam  
à nobis, præ Calliope, Cliove musis Phi-  
losophicis, vestris misceri honoribus; est  
enim Cornuto Tribuli vestro Ðælia dicta,  
quòd vigere, ac florere consuēset maxi-  
mè; Unde sperare babetis, fore, ut Lauri  
vestræ nunquam marcescant, si Deā hāc  
( cui Plutarchus æquilibrium pro munere  
peculiaris tribuit ) uti intra modum volue-  
ritis. Secundum id verò, familiariter  
vos admonemus, ne, dum fortasse pro  
cænæ Magistro, esuritionum Patrem in-

veneri-

veneritis, ne (*inquimus*) vel bunc asper-  
nemini, si terrestri cæna vos Baccalaure-  
os excipiat. Quid ita vero? nimirum  
quod Philosophicæ illæ sint epulæ, vos au-  
tem Philosophicæ insignes jam estis insigni-  
bus, quibus dapes voluptariæ, Xenocra-  
tis debeant esse caseolus. Philosophi  
enim, ut vigerent maximè, Thaliam  
quidem observabant summè, nihil tamen  
minus expetebant adiposiores Sardana-  
pali culinas; sed eas diætas, quibus non  
tam licentior poculorum invitatio, quam  
familiaris vitæ communio, ceu finis præ-  
stitueretur, idque propterea, quod in-  
telligerent scilicet, è corpore, & animo,  
quæ homo sunt, tum demum vim ho-  
nestæ voluptatis profluere, cum ritè,  
quod Galeno placet, utrumque tempera-  
retur. Quam utique rem, legitima, at-

*que temperata convivia præstare debent ;  
refoventur namque iis membra , instau-  
rantur humores , ipsa quodammodo ex-  
pergesit ratio , hominemque præstantis-  
simis in republica muneribus , idoneum  
reddit . Horum si memores esis , munus  
hoc nostrum , qualemunque demum , accipi-  
te placide , ire , quo institistis , pergit ,  
ac valete .*

## HONORIS VESTRI

Studioſiſſimi

POETÆ CLAUDIOPOLITANI.

प्राप्तं विषयं लक्ष्यते अस्ति विषयं लक्ष्यते अस्ति विषयं  
लक्ष्यते अस्ति विषयं लक्ष्यते अस्ति विषयं लक्ष्यते अस्ति विषयं  
लक्ष्यते अस्ति विषयं लक्ष्यते अस्ति विषयं लक्ष्यते अस्ति विषयं

## PRÆFATIO AD LECTOREM.

**L**Ector ades ! docilésq; animos adverte, docebo;  
Quid cupiat paucis prodere musa metris.

Dicere fert animus lætæ convivia mensæ  
Diva ! mei præses Carminis, Alma veni !

Voce tuum nomen jucunda Thalia vocavi,  
Carmen enim nobis, Læta Thalia dabis.

Tu mihi parce, precor, sprevisse Elegeia ? versus  
Tristes ; es mæsto sat celebrata metro

Ac minus ah utinam ! mæstis celebrere Poëtis ,  
Promptior in nostro Carmine musa foret.

Verūm nunc etiam, dum conor bilaria versu ,  
Musa mihi tristi subsilit usque pede.

Scilicet est Elegis fletus selenne camænis ,  
Eripe quis fletus , musa jaceffit incrs

Nitimus at contra , sectamur & ardua vates  
Invitisque Diis cogimus ire pedes.

Si tamen ullus erit , qui carpat forte libellum ,  
 Quod referat sacra metra profecta manu.

Et dicat : bellene fluit de vertice myrtus ,  
 Cui steterit sectæ gloria sola comæ ?

Addat & immundum sectaris carmine mundum ,  
 Cujus amor Cœli debuit esse domus

Et malè de rigido veniunt jocularia vultu  
 Nec benè fert streperos aula quieta jocos .

Ecquid enim lepidicantet captiva volueris ,  
 Vix benè quam pascit spicca mica cibus ?

Hec mihi quis dicat : veniam non tardus habebit ,  
 Sit modò , cui placeat nostra Thalia Legi .

Ille , meos æquo percurrentes Lumine versus ,  
 Cognoscet molles nolle parare cibos

Quin etiam lautæ referet fastidia cænæ ,  
 Quin spernet ficulas Diva modesta dapes .

Ridentes fugietque jocos , modulusque protervos  
 Fæmineam pellet lætitiamque domo .

Nec canet alipedem circum qui vertitur orbem ,  
 Cum resonant Fusæ viscera pulsa choræ .

Neve struet celsas dapibus cænacula turres ,  
 Unde ruat poto gens temulenta Deo .

Sed placuit musæ Lætas describere mensas,

Sint licet ad modicum fercula cocta rogum.

Jam me si poscas, epuli quæ causa jocosi ?

Complectar causis pro brevitate tribus.

Sint lectique viri, lectum tempusque, locusque,

Hæc sint, & fuerit plena diæta jocis.

Hæc tria cantabo : memori committite menti !

Hæc tria cantabo : tempora, teœta, viros.





# DE CONVIVIORUM TEMPORE

## LIBER PRIMUS.

*Quo tempore cæpta, propagata,  
Et in luxum deducta convivia?*

*Quando ea instruenda, ut ju-  
cunda sint, ex observatio-  
nibus Veterum?*

*Quæ faciant lætas è cunctis tempora mensas,  
Edere pars prima est: læta Thalia cane!*

*Fallor! an irridens mī talia musa reponit:  
Non profecturos siste poëta pedes.*

*Imprudens sævis quid pacem quæris in armis?  
In letho, vitæ pars quota læta venit?*

Aspice

Aspice ! præsenti vertuntur ut omnia sēclō ,

Aspice ! nec servant tempora , morsque fidem .

Aspice ! vulnifica latē mors succutit ævo

Quidquid habet tellus , pontus , & aura , manu .

Nullus falcatæ vitavit arundinis iactum ,

Omnis ab hac cervix cuspide vulnus habet .

Scilicet hæc vetuli saturni crimina ! quondam

Felix tam subitas nesciit aura vices

Hoc vitium glaucæ ( benè scis ) solet esse senectæ ?

Est avidus , tristis , durus & usque senex

Hinc benè Romulidæ struxerunt fana senili

Saturno , lœvi juris , & artis opus .

Scilicet : hi verè saturnia crimina cives

Nôrant , hinc curvo pingitur ense Deus

Nam crudelis agit , nimium truculentus , & atrox ,

Cùm natos inopes hauserit unus opis .

Nec sat erat sobolem crudelem condere in alvum ,

Prædurus sapuit non reus esca lapis .

Inde vorax tempus , cunctos glutire paratum ,

Quique vorat saxum , durior ipse dies

Sed sine mirari ! dedit hunc injuria lœvum ,

Conjuge cum paritus fingitur esse lapis .

Inde tamen pereunt, saturnia tempora, risus,  
Deterius puerô, dum furit iste senex.

Hæc mihi ( nî fallor ) conanti verba carmen  
Reddidit, & cæptos visa vetare jecos.

Mæstus eram ! Divum quoniam sed cura Poëtae :  
Restituit vires, scribito ( dixit ) opus.

Nam licet immitti cunctos tumularet in alvo ,  
Pacificum potuit non tumulare jovem.

Ille simul matris saliit mendacis ab alvo ,  
Omina vincendi visus habere Patris.

Dum puer accrescit, crescit cum viribus ardor ,  
Jam cupid in Patriam filius ire necem.

Non potuit Patrem natus celare furorem ,  
Imperiô statuit pellere jure Jovem.

Jupiter at contra pugnaces erigit armos ,  
In terras profugum cogit abire Patrem.

I Pater ! in terras ( dixit ) positure latinis  
Nomen , & in præcepse cogitur ire Pater.

Exsors Italæ latuit sine jure per oras  
Quodque latet, latii nomine signat humum.

Nî Patrias metuas, quamvis sis impius iras ;  
Est tibi pars laudis Jupiter ! esse ferum.

Qui veritus non est ventri demittere natos ,  
Exul terrestres discat amare cibos.

Laudibus ingenuis dextram celebramus & illam ,  
Utile terricolis quæ fuit ausa seculis.

Exul enim Genitor Divum, cum rure quievit ,  
Circum agens terris lumina, mira videt.

Omnia torpebant cæcatis atra tenebris ,  
Nec species latii, nec color orbis erat.

Ergo ( ait ) his Divum Pater exul habebit agellis ?  
Ruficus & fiet conditione Deus ?

Dextera stelli serum quæ primula rexerat orbum ,  
Cogetur junctis vertere aratra jugis ?

Impius ille meus natorum Jupiter ! unus ,  
Efferet indigna sceptræ Paterna manu ?

At bene ! sidereo crudelis Regnet in orbe ,  
Imperiō pœnas sentiet ille suō.

Ipse ego Divini Princeps & juris, & æqui ,  
Felicitatis temporis author ero.

Dixit : & obliquos vaga lux respexerat agros ,  
Candida mortis visa est Flora nitere jugis.

Hic seges, hic prægnans maturo pondere ramus  
E jussu terræ profluere sru.

Hic nova, nîl metuens saliit per pascua cervus,  
Hic inter teneros capra novella boves.

Illie cæruleos stupuit Thetis æquore pisces,  
Jupiter aligeras plaudere sensit aves.

Tunc pax parta fuit, populis sine lege beatis,  
Omnibus unus amor cum pietasque foret.

Tunc etiam innocui risus crevère, jocique,  
Cum flueret liquido lactea lympha pede.

Crevit tunc veteris non culta diæta popelli,  
Parva cui in magno corpore cura fuit

Ille vel arborea tutus requievit in umbra,  
Sæpè dabat sapidum florea sella thorum.

Omne nemus commune fuit, non ullus ayaris  
Discrevit prostantis arbiter arva lapis.

Mendax si fieret sulcatis semen in arvis,  
Sat fuit appositum lambere posse salem.

Lanea si qua teges solis modo frangeret æstum,  
Arcerent veudum pilea fronte Jovem :

Rus præter cupiit nihil, hæc erat una voluptas,  
Dicere finitimus: hæc mihi rura placent.

Nec fuit agricolis levius quod viveret orbe,  
Quorum delicium rus coluisse fuit.

Sed structis nullus luxum ausus prodere mensis,  
Dives erat quivis simplicitatis ope.

Nec sibi marmoreas fulgentia testa columnas  
Struxerat, in patulis gens benè tuta casis.

Frondibus impositæ texit cænacula sylvæ,  
Sincerô caluit mutua turba foco.

Illic tosta ceres, illic lixata caroque,  
Illic sumebant fæmina virque cibos.

Illic cura fuit Numen coluisse Deorum,  
Cum rudibusque Deus sæpe colonus erat.

Illi flexanimos glomerabant thuris, odores,  
Illi farra Dii, mel quoque suave dabant.

Potus erant haustæ castis ex fontibus undæ,  
Aut fuit è faxis sponte caduca Thetis.

Musica multa fuit; pecorum spectare taliterum,  
Cornua commisit dom sua capra capro.

Mox choreas hilares, hilares mox gramine gyros  
Duxit, & argutos simplicitate sales.

Rusticus in medio capras inflabat Arion,  
Credidit & resona vivere pelle capram.

Apta dabant se fæsis virides umbracula sylvæ,  
Morphea si caperet, suppositusque lapis.

Hac ratione fuit vitæ contenta vetustas,  
Et tamen ad Pylios sœpè profecta dies.

Ait, ubi jam modica est exsus oluscula venter,  
Temporis aut vitiō, vel gula ! jure tuō.

Morbus ad est (mirum) fuerat nisi torrida febris;  
Colicus aut venter, sed puto febris erat.

Languidior stomachus rugari cœpit, & alvus,  
Oraque vix dederant arida vocis iter.

Sed tamen ut potuit, suspiria corde trahebat,  
Hæcque dedit membris impia jura suis;

Vestrū ego si potui quondam meruisse favorem,  
Fortunæ socii dextra ! pedesque mei !

Vos ego, per nostram, votum commune, salutem !  
Supplicis attenta suscipitote preces.

Credite jam mortis dantur mihi signa propinquæ  
Viximus ! exacto tempore fata vocant.

Invida mors rebus semper felicibus obstat,  
Quæque legis multis, eripit una dies.

Quorsum divitiast quorsum malè condimus aurū?  
Mors gravis è fossis in cava busta trahet.

Damna novis reparat sylvestris frondibus arbos,  
Aspera cum vieto frigore fugit hyems.

At nobis rapidi cùm flos emarcuit ævi ,

Nil prodest medicæ cognitus usus opis.

At modo Diū validis cùm præstant viribus usum ,

Ars erit, in canos consuluisse dies.

Nunc ergo lautis vigeant cænacula mensis ,

Nunc fluat ambrosiō nostra diæta metu.

Nunc sibi lunatos decurrat lympha per agros ,

Ferte salutiferas at mihi vitis opes.

Brassica sub sterili lateat modo frigore gleba ,

Cinara (a) sed mensas instruat una meas.

Fumida fernæ procult lardumque, capræque , bo-  
vetique !

Noster erit Colchæ Phasidis ales amor,

Gires , & pavidi mures pascantur avenâ ,

Ægrum me satiet nobile corpus ador.

Hæc vobis aut jura damus, vel vota, precesque ,

Este salutiferi pesque, manusque mihi.

Si minus : haud ducet vitales spiritus auras ,

Sed cadet è nostra pesque, manusque nece.

Fons ego vivifici, quo durant membra, Liquoris,

Haec tenus & sani sanguinis author eram.

Una salus membris, vigeat si viribus alvus ,

Ventre vigente vigent, ventre cadente cadunt.

Audi-

(a) Artischoke,

Audivere pedes dicentem, & mirabantur,  
Unde queat stomachus verba diserta loqui.

Ægroti & quamvis riserunt vota parentis,  
Quod cuperet rapidam vite domare febrim.

Conixit pars summa tamen, vatumque probârunt,  
Obsequio ventris singula membra student.

Tum Dominus venter, falsa ratione triumphans,  
Deduxit falsas in sua jura manus.

Ecce ! statim celsas properant sustollere mensas  
Festinant Regis ponere ventris opes.

Ut solet exemplum solidi formica laboris  
In cumulos avido ferre alimenta pede,

Fervet opus : pedibus, manibus pars omnis in illo  
est ,

Fundere pars vinum, pars cumulare cibos.

Par studium cunctis, nec dispar omnibus ardor,  
Crimen erat: ventrem non coluisse Deum.

Jus ventris, fatale nimis ! non constitit æquo  
Ille, sed iniquas inde poposcit opes.

Et veluti saxum, primum sine viribus ingens  
In planum præcepit ire nemus.

Mox magis , atque magis currendo motibus au-  
ctum ,

Subjectas populi fulmine verrit opes.

Sic epulæ crevēre in alæ tua gloria venter !  
Effinxitque novas singula luna dapes.

Tempora sic sapidis scripserunt plurima morbis,  
Esse vel in toto tempore cura fuit.

Primam sive facem terso de lumine somno  
Accendit rutilis vectus Eous equis.

Jam grunire pecus, mandentis in ore suilum;  
Jam fluere ex olido pinguia larda labro.

Sive foret scandens cæli palatia Phœbus ,  
Sive Deus medio lucidus orbe foret.

Elixando greges sudabat lixa, coquusque ,  
Divitiis germuit cors vacuata suis.

Nec sat. Nam quid enim , num dicet : sufficit !  
alvus ?

Estur vel solem præcipitante die.

Hinc vitium crevit, ventris crescente voluptâ ,  
Et morbi, & cæco mors properata pede.

Denique post multas leges non lex fuit ulla ,  
Præxendi tempus, nox erat, atque dies.

Tanti juris erant sceleratæ regna voluptæ !  
Tantum erat, & Domino vivere ventre pedes.

Hinc nova de dæibus venus est enata, meroque ,  
Nec voluit sine te vivere Bacche ! venus.

Hinc quoque sollicito populus crescebat amore,  
Fædato populos pressit & ille pede.

Desist hinc Conjur sœdus servare, fidemque,  
Vivere cum solo sola marita viro.

Hac ( nisi si fallor ) Baechus ratione triumphos  
Duxerat Æthiopum victor adusque plagas.

Scilicet: & Bacchus gladium gestavit & hastam,  
Strinxit & in potos non sua tela viros.

Hinc sine cæde ruit vincendi Martia virtus,  
Cùm cæpere mares Muljeris ora loqui.

Factus & hinc nocuo Bacchus cognomine liber,  
Quod male conservasset verba tacenda loqui.

Pannonis ah utinam nōset contemnere Bacchum!  
Sæpe minus tristes volveret Ister aquas.

Tygris, & Euphrates nunquam fluxisset in urbem,  
Nec Nilus septem flebilis issit aquis.

Vitra coronati Pannon modo linque lyæi !  
Lilia cum luna sub tua jura cadent.

Armaque myrtati si ponat alauda bimatri,  
Albis, & Euphrates sub sua signa fluent,

Verūm ( pro luctus ) periit ovm fruge decusque,  
Barbarus odrysio littore mersit opes.

Sed plorare nihil, fortunæ plangere casus  
Nil prodest, frugi si minus esse velis.

Ergo fac caveas nimium Bacchumque, cibumque,  
Elige, quēis capias, tempora iusta, cibos.

Tempora, qui solidos tantum fulcantibus agros,  
Fallitur, & medicis aspicienda putat.

Nec semper cererem credis ludentibus agris,  
Nec semper medicæ suscipis artis opem,

Temporibus certis maturam rusticus uvam  
Decipit, & nudo sub pede musta fluunt.

Temporibus certis deseatas adligat herbas,  
Et tonsam raro pectine verrit humum

Tempora certa legas ( volucres quoque tempora  
captant )

Quēis epulis facilis mens sit, & apta mero.

Quærerit passer opes sudantis rure coloni,  
Novit quo passer livet arista die.

Aspicis & medicos, quo summas tempore potus;  
Aspice pro dapibus tempora bella tuis.

Scilicet : ut coctæ secheris gaudia cænæ,  
Disce sagax, quo sint prandia danda die.

Discas, quæ cupio cænæ docuisse magistros,  
Quæ sint summendi tempora laeta dapes.

Et pri-

Et primūm doceo: nocturnam sperne lucernam,  
Corporibus serò noxque, cibusque nocet.

Parcite quæso viri ! pacem violare silentem,  
Cogite nec lautas ponere nocte dapes.

Chara viris non est, quæ fertur gratia nocte,  
Nec de nocturno quæ quadra faire venit.

Nocte latent fures, vitium nec noscitur ulli,  
Atraque formosum quidlibet hora facit.

Est nox cymerio Regio subiecta recessu,  
Horrida, fulmineo defugienda pede.

Tempus iners, sceleratorum vel origo Gigantum,  
Qui jaciunt summis impia tela diis.

Monstrosi cuncti turbatæ noctis alumni ;  
Quo natura dedit tempore, suin me cibos.

Creditis, an noctem dederit natura quieti,  
Lucida pro sapidis tempora cessa cibis ?

Ut natura tulit, sic omnis serviat ætas,  
Insipiens res est, vertere velle modos.

Et fateor, noctis nullus queo pingere casus,  
Nec possunt calam i mille, nec ora loqui.

Damna, mihi credas ! nusquā conviva cavebis,  
Concupisca lautas si face ponis opes.

O si novisses, quæ iam cantabo malorum !  
Tristia perque domos funera, perque vias.

Atque utinam possim yates tibi dignus haberi,  
Carminibus fugeres prandia nocte meis.

Hocce miser periit Thebanus crimine Pentheūs,  
Nocturnique luit gaudia ficta joci.

Ille, licet longo sprevisset tempore Bacchus,  
Provida non tenuit lumina nocte tamen.

Lusit ubi festos myrtatō turba lyæo,  
Cùm face, cùm Tyrsis ebria turba furit.

Fœdere connubii bacchatur juncta, sororque,  
Perstrepit indignis stulta platea jocis.

Nox erat; & tutum se credit nocte maritus,  
Aspicit, ecquænam voce triumphet anus ?

Aspicit ( Ah utinam conjux non improba spectet)  
Pentheus at spectat, respiciturque simul.

Concurrunt sævæ turbantes compita Bacchæ,  
Occipiuntque genas dilaniare viri.

Pars lacerat crines. mentò pars velli; hororem,  
Pars pede, pars sæve corpora dente petunt.

Abstræcumque caput de mens raptabat Agave,  
Crimina fæmina plectere visa manu.

Clamabat, flebatque simul ! si utrumque juvaret,  
Nec facta est lachrymis mollior illa viri.

Credite ! sed dixit : pœnas nunc accipe conjux !  
Saucius in stygiis ablue crimen aquis.

Et quod crimen habet Bacchus spectare furentes ?  
Quarum contemnens ludicra semper erat.

Parcite ! non nocuit sæuos contemnere ludos ;  
Quæ nocuere viro, crimina noctis erant.

Non Thebis licuit de nocte videre furorem  
Bacchantum; fertur lex vetuisse patrum.

Hinc simulante licet spectaret ludicra vultu  
Pentheus, contemptor conjugis ipse suæ,

Rex erat ille tamen, legem violare nefandum  
Regibus, hinc noxæ fert cito damna suæ.

Lege peremptus erat, neque enim lex æquior ulla  
est ,

Quam nocuos legis, lege perire sua.

Te precor at Chiron ! adsit tua dextera Regi ,  
Prospice vel medicæ Phœbe ! repertor opis.

Durior aut misero dextram si forte negasti ,  
Me noctis doceas pingere posse jocos.

At moriatur inops propria dereptus ab æde ,  
Hospitibus moriens talia verba dabit.

Quisquis ubique cupis lētos traducere soles,  
Discite concubios tollere nocte jocos.

Noctua concubia venatur nocte volucres,  
Nocte solet capras prēndere dente lupus.

Exit nocte lacu testudo pabula captans,  
Et tamen hæc tecō vix bene tuta suo est.

Cædipetæ tenebras, & quiddam lucis opacæ  
Quærunt, atque aliquid luce patente minus.

Casus agit casum ; primo qui tempore casus  
Accidit, hunc vestros tangere crede dies.

Improba si puerō fuerant jam secula mundò,  
Creditis, an melior grandior orbis erit?

Plumbea nunc verè sunt secula ! plumbeus atræ  
Noctis honos ; rutilo plus placet illa die.

Et tamen attenuat vires vigilantianœtis,  
Membraque conficiunt evigilata faces.

Convivis loca sola nocent ; loca sola cavete,  
In patulo quidvis tutius esse potes.

Tunc quoque, cùm ramis prohibebat rusticus  
æstum,  
Omnes sub rutilo sole fuēre cibi.

Ne nunc nocturnis titulos captate falernis,  
Exiguus titulus nocte parare dapes.

Eximit ipsa dies omnes ex hospite mendas,  
Nocteque quod virtus, definit esse die.

Tristior & nox est, mihi crede! ac tempora Phœbi,  
Sola levant luctum, tempora clara, dies.

Mens erit apta cibis tunc, cum lætissima rerum  
Aut seges, aut pinguis luxuriabit humus.

Pectora dum curis solventur stricta, metuque,  
Dum placet in blandum protinus ire nemus.

Si quid forte geras, quod sit res digna triumpho,  
Materiam læti res dabit illa joci.

Si tibi captatæ redeant fors annua palmæ,  
Quam tua commeruit gloria juncta manu.

Tunc fas ingenuas ornet tua gloria mensas,  
Vina coronatis fasque bibisse scyphis.

Tum ne solus edas ( faciat sic vilior alvus )  
Est opus hic sociis, cæna vocanda tibi est.

Complacuere etiam Jani Trieterica mense,  
Dum ficeret lætis Orgia Romachoris.

Seu quod tres annos ageret peregrinus, & inde  
Ad sua jam Bacchus tecta videnda redit.

Seu tribus Indicolas quod vicit funditus annis  
Bacchus, & in quarta messe quiesset iners.

Dicta novis fuerant Jano pia verba calendis,  
Et dabat alternas Roma nefasta preces.

Tunc sibi donatas palmas comedebat amicus,  
Et data, quæ longo Carica more fuit.

Mos pius ille fuit certi servator amici,  
Vel fuit auspicium mos petuisse novum.

Sed tamen & lætas has traduxere calendas,  
Cùm fuit è pleno cirnea prompta cado.

Hoc ego ne jubeam; facit attamen usque voluptas,  
Venter ubi durus regna tyrannus habet.

Postea natalem serva; nam maxima primæ  
Gaudia sunt lúcis semper habenda tuæ.

Quād rediit decimo felix lucina labore,  
Sustulit & partum virgo futura parens.

Oscula tunc Mater jungit, resovetur in ulnis  
Tunc puer, & rapiunt hinc Pater, inde Soror.

Pocula læta volant, circumstant massica mensas,  
Et sonat in tota fistula dulce domo.

Candidulo cultu plaudit circumdatus infans,  
Et nova Mater erit sæpè precata Deos.

Scilicet: ut lætus natalis sæpè revertat,  
Adyentu referat lætitiamque suo.

Non etenim memoro, sebolem qui flere solebant,  
Editus in duros quod puer ille dies.

Hæc dedit Euripides capienda jussa parenti,  
Visus credo tibi est præda futura canum.

Namque cothurnatum vatem tutela Diana  
Incautum laniant percita turba canes.

Nec tamen ad nostram faciunt hæc jussa camena,  
Lætitiam in prima luce Thalia petit.

Nam si flere iuvat cunctos, cum nascimur orbi,  
Et gaudere pari nos ratione decet.

Quippe orimus, morimus, finisque ab origine pen-  
det,  
Una facit nasci lux, facit una mori.

Credimus, haud cuñquam rapuit dementia men-  
tem,

Crederet ut vitâ prævaluisse mori.

Id docuere graves Epicuri de grege porci,  
Quive probat solus, forte silenus erat.

Sed cur natali portabant liba quirites?  
Cur sonuere piô thura sabaea foco?

Dicite! natalem cur nam geniale vocabant  
Tempus? si tristis tempora lucis erant.

Cur genios solenne fuit placare, laresque?  
Cur cinxere suis florea ferta comis?

Scilicet : assumptis prodebat gaudia signis ,  
Culti primo gaudia capta die.

Utimur exemplo majorum saepe minores ;  
Utere natali tu quoque saepe cibo.

Gaudia læta cupis ? justos finito labores ;  
Anxiz deposito cura labore fugit.

Pars ea lætitiae magna est ; nec plura require :  
Res est Romanis testificata viris.

Illis nulla prius Romæ collata diseta est ,  
Quam benè persolvit grande senatus opus.

Scilicet : hora fuit teneras deferre salutes ,  
Hora fuit faciles flectere voce Deos.

Hora dedit varios , quos functa est Roma labores ,  
Hora dedit lassis prandia , & hora jocos.

Aequo servato , meritò fuit apta voluptas ;  
Qui fallit , nullum jus habet ille joci.

Dulce erat audisse viros tunc : illicet ! æqua  
Gundæ si plebi jura fidemque dabant.

Si civis patriæ , Consul prospexit & urbi ,  
Si civis summo judice salvus erat.

Quæ tunc lætitiae ? quæ justi gaudia risus ?  
Index lætitiae latus ad astra sonus .

Omnibus ingenium dedit hoc, natura paravit:  
Ut bene cùm facias, lætus & esse queas.

Quisquis es? hōc studiō semper præstare memen-  
to,

Prandia sic avido lætior hora dabit.

Non benè lætatur sterili cùm rure redivit  
Pastor, inæquali jugere damna ferens.

Credite! nec sapuit, socium si fraude fefellit,  
Si lapis emotus sede ditemptor agri.

Munera ( commoneo ) qui rite forensia tractas:  
Sis pius, atque æquus : lætus & orbis erit.

Sic tibi promitto ridentis gaudia mensæ,  
Sic poteris pronos vix tenuisse jocos.

Villica sic hilari, terræ semente peraſta,  
Dat requiem, terram qui coluere, viris.

Lætius emeritos videas mordere rubetam,  
Rus quibus est munus, sunt quibus arva domus.

Hos ridere juvat, rigeat licet utraque callo  
Palma manūs, inſtar despiciuntque joci.

Tota corona jocis plaudit cùm forte quievit;  
Pisaque laſſatis ſunt joca ſumma viris.

Alternis ſic nempe placent convivia factis!  
Alteino qui iuſſit diſce labore joci.

Qui facit ista, sapit ; mensa variato laborem,  
Sic bene laetus edes ; qui facit ista, sapit.

Quo feror at longum est placitum scribere tem-  
pus ;  
Sit satis. At Maji dicere cogor opes.

Omnis majali cedunt sua gaudia menses,  
Hoc natura locat, quidquid in orbe placet.

Mensis erat Majus Majorum nomine dictus,  
Et dotem prisci nominis usque tenet.

Vel quia Maja suas fertur superasse sorores,  
Pulchrior hinc toto tempore majus erat.

Sed date ! Majores tribuant ut nomina Majo  
Causa seni melior ? sed mihi prima placet.

Junius ab juvenum fuerat si voce vocatus ?  
Majores decuit consuluisse sibi.

Scilicet : è toto caderent dum corpore vires,  
Mens tamen in fracto corpore major erat.

Sed neque nostra seni ratio jam porrigit herbam ;  
Plurima nam mensis gaudia Majus habet.

Majus agit tetricos extorres corde timores,  
Laetus gaudenti geslit adesse choro.

Majo mense Patres Romanæ turba senectas  
Pro donis Floræ florea ferta dabant.

Hoc ludos & mense nevos ( Floralia dicunt )  
 Florentique Deæ constituere sacrum.

Quod si forte rogas : Divæ quæ causa feracis ?  
 Gausam poscenti, sit modo casta, dabo.

Huic nunquam venti dotem corrumpere Divæ,  
 Dicere nec tentant : non mihi Diva placet !

Floridus hinc Majus, metuunt nocuisse protervi  
 Cauri, turgescit grandine tuta seges

Erigitur vitis, Cælum nec concrepat igni ,  
 Nec pluviis frondes decutiuntur aquis.

Floribus hinc lautæ pinguntur linteæ mensæ,  
 Ridet & injectis florida mensa rosas.

Sentio sed, nostris arrisit Diva camænis !  
 Dura risit: vernal sparsit ad ora rosas.

Nunquid Chloris erat ? ( querentem Naso clientē  
 Fæc doceas ) Naso : Chloris & illa fuit.

Chloris erat Nymphe ruris felicis, in arvis ,  
 In quibus antiquis spes fuit una viris.

Vererat. Arva legit : Zephyro conspecta : refu-  
 git ;

Insequitur Zephyrus : captaque Chloris erat.

Fœduserat Zephyro: castam sponsare puellam ;  
 Ne forent in juncis ulla querela thoris.

Hinc nova nupta viro cunctos jam servat in annos  
Fœdera, nec casta est ulla querela facie.

Jam Dea rurales cupiat numerare colores ?  
Non poterit ; numerô copia major erit.

Semper vere viget, erescit crescentibus annis ,  
Rura novat, liquidæ fonte rigantur aquæ.

Spargit odorata Zephyrus sic prole maritam ,  
Atque ait : in Majo tu mea Regna tene.

Nobile connubium ! comiorgue marita maritô ?  
Tam suaves natos vos genuisse decet.

Ergo tibi lætæ præstabit munera mensa  
Majus, si lætus forte comedisse velis.

Hic tibi sit mensum princeps conviva ! vetustis  
Romanis Janum cede, bisformis erat.

Majô fac vocites : non est hac aptior ætas ,  
Aut dapibus, licitis aut magis apta jocis.

ille vocat volucres, & apes sua mella daturas  
Ad violam, ad Cythisos, ad Thyma grata vocat.

Quin vos convivas ! instar vocat ille trahentis ,  
Hortus cum violis floret, & arva rosas,

Sed jam prima meæ pars est deducta Thaliæ ,  
Cumque suo finem tempore musa tenet.



# DE CONVIVIORUM LOCO.

## LIBER SECUNDUS.

*Ubi instituenda Convivia? utrum  
suburbana præ urbanis locis deli-  
genda? quæve, ut castè exhibila-  
rent, in iis cavenda? ex anim-  
adversione naturæ.*

**T**empus habent mensæ; capiat conviva lo-  
cumque,

Convivis latus qui solet esse locus.

Hortorum, Domuumque decus cantare paramus;  
Auspice Pomona, te quoque Flora! canam.

Nec te contemnam modica vitruvius! arce,  
Tu quoque Castalidis pars cris una meæ.

Fallor!

Fallor ! am hæc audit ? sertum quoque Flora ca-  
pessit

Texore, temporibus ferta locanda meis.

Sensimus : in carmen subito fluxere carmenæ,  
Læta mihi dixit : perfice ! Flora metrum.

Gratus eram ; Pronis commisi linteas ventis,  
Dum licet, & properant carbasa, navis eat.

Si qua cui lætas mens est conducere mensas :  
Dispiciat læto quæ loca digna cibo.

Est aliquid legisse locos, legisse laresque !  
Est aliquid lecta degere posse domo.

Nec minus, ac fabricare domos, fabricare laresque ;  
Est lætum : lecta vivere posse domo.

Aspice ! componit puerilis natio tectum ,  
Dum fabricat luteas turba tenella casas.

Aspice ! stramineasque trabes, paleamque voluctis  
Convehit, & patulo sub lare figit opus.

Mox sibi constructis lætatur mœnibus ales :  
Laetus arridet mox sua testa puer.

Sic quoq; testa dapes hilarant; quæ scribere tento,  
Ni renuat nimio victa labore manus.

Stat tentare tamen, musa licet impare, scribi  
Impare se musa si tamen illa ferent,

Ferre sed ut nolint ( res est non parva locorum )  
Mus a tamen peraget quod sibi sumpsit opus.

Vovimus ; at votum quando concepimus ore :  
Vaccus (b) erat voto visus adesse meo.

Fundamenta gravi pressabant brachia saxo .  
Pressit honoratum cedrus, eburque caput.  
Regia tecta manu laqueis incincta ferebat ,  
Hinc, atque hinc tulerat tecta minora latus.

Talis erat ! varias referens Vitruvius arces ;  
Talia nec dubiè verba locutus erat :

Si tibi stat dapibus placituras scribere sedes ,  
Præceptis sedes scribere disce meis.

Haud opus est fulvô radient ut tecta metallô ,  
Nec vario parius ludat honore lapis.

Aula modo exortô magis illa triumphet Eoô ,  
Hoc puto tecta nihil gratius ulla ferunt.

Non ego te doceo multo conclavia luxu ,  
Non summo erectos milie nitore locos.

Nam quid enim laudem plenis solaria mensis ?  
Quid dapibus centum sigmata farta canam ?

Non locus is læti præfert insignia victus ,  
Servat ubi innumeratas area odora dapes.

Credo

(b) Cognomen Vitruvit.

Crede mihi! misera est magni cænatio census,  
Excubias cingit sic ubi cura suas.

Difficile est tacitas absolvere pectora curas,  
Nec tollunt rabidas aurea teæ Deas.

Sæpe minus miseri pulsantur teæ coloni;  
Sæpe magis Domini concutiuntur opes.

Quem præstare queat lætum laqueata voluptas,  
Cujus inest summa cura, timorque domo?

At tibi si quis amor lætæ, si cura domusque;  
Si tibi lætifici certa cupido cibi?

Quisquis es! his monitus dñs, vultuque docentis  
Ite! statim dicas, splendida teæ procul.

Ingenuos risus quærit quis forte, jocosque?  
Qui jocus in lepidis assolet esse cibis?

Stet domus in modico non excelsissima Clivo,  
Campus ubi, & volucrum turba canora volat.

Unde domus reliquæ, vici, plateæque videri,  
Et quidquid tota fulget in urbe, potest.

Sit nemus, & vitreis viridaria pervia rivis,  
Circum sint ramis mala minata suis.

Nec grave sit cælum, careat putredine Lymphæ,  
Libera sub pura stet regione domus.

Lumina non modicis lucem capture fenestris,  
Per tibi quas melior mulceat aura dapes.

E quibus in pictos emittas lumina campos,  
E quibus aut oculis in juga montis eas.

Mira peregrinis ubi gratia floribus indit  
Lætitiam, fulget charus ubique color.

Hincque tuis veniant fragrantes naribus horti,  
Inde vocet flavâ livida mosse Ceres.

Pone strepant avibus Faunorum habitacula sylvæ,  
Hæc sunt convivis musica, aroma cibis.

Multa tamen si quem forsan præcepta fatigant?  
Exemplò capiat, quod docuisse reor.

O mihi! si monstrat cultus, habitusque locorum,  
Atque aliquid grati quod Dacus orbis habet!

Hæc ego : tum vaccus veteris non inscius artis,  
Certior hic (namque hic possumus) inquit, eris.

Dixerat: & subito monstraverat indice turrim;  
Aspicio: & mecum : nœ mihi tecta placent!

Turris erat, claudi signat quam nomen in urbe,  
Quemque colit Daciæ plurima cera, locus.

Dextera pars Boream, pars altera spectat ad Au-  
strum.  
Frontem cum dorso vesper & ortus habet.

Despicit hinc urbem, dictamque à nubibus arcem,  
Inde vireta videt nomine saxo ! tuo.

Turtis amæna, Patens, tecto sublimior alto,  
Artificis doctam suspicit una manum.

Laxa patent intus niveô solaria gipsô ,  
Cumque sua pendens ligneus arte Faber.

Angulo in externo fusca bis casside miles  
Excubat hinc, atque hinc ; cassus at ense latus.

Et dubium est, pugiles referatne, an forte Prin-  
pum ?

At tua Jane ! puto signa bifrontis habet.

Auspicio facilis struxit fundamina virtus,  
Exiguototus tempore murus erat.

Hinc sua miscerent quamvis fera prælia venti ,  
( Sic omnes venti concita turba furont )

Conscia mens recti Boreæ ludibria risit ,  
Ridendoque lares surgere vidit humo.

His ego vix potui mirari obtutibus arcem ,  
Ardebamque magis noscere posse decus.

Rupit at ille moras ; cùm me sub tecta trahebat ,  
Sedit ubi, tales fudit ab ore sonos.

Hic ego, si Fundis, (c) liceat discedere nostris ,  
Exigem cunctos tempora longa dies.

(c) *Fundi, Patria Vitrudii.*

Hinc

Hinc modo spectarem vicini munera Bacchi,  
Nunc traheret nutans lumina nostra Ceres.

Postea subjecit: jucundæ culmina turris,  
Quâ licuis, verbo non tenuente, dedi.

Fas hinc & reliqui cognoscere gaudia tecti,  
Magnus ut è parvo noscitur ungue Leo.

Fallor, an hæ fient majores mænibus ædes?  
Scitaque ab his tectis Dacica cera petet?

Aedibus his olim tua claudia! gloria stabit.  
Quis tantum fati nescit habere locum?

Nox erat ( ut metuo narrare silentia noctis )  
Sed fui, & salvis luna redibat equis.

Has fibi sorte petit sus non abiturus ad ædes,  
Ut venit, vidi, victima porcus erat.

Parcimus hic falsum solantem funera mystam  
Scribere, nec longos dicere tento jocos.

Falsus erat fateor; sed novit ludere lusus;  
Etique jocos aliquid ludere posse jocis.

Victima porca fuit; nec enim stant culmina pot-  
cis,

Nec studet ignava docta Minerva sui.

Turba profana procul celebrata eedice tutri?  
Non patitur fædos illa subire sues.

Desic.

Desierat vaccus ; sed me domus illa tenebat,  
Quóve magis specto, plus placet illa mihi.

Tantum mirabar, flarent quid nare Sinones ?  
Ut salet assumpto pulvere flare caper !

Hæc ego dum meditor: patinæ, craterque volavis,  
Evohe ! combibitur, nidor & oris abit.

Attonito similis : quæ est hæc mutatio ? dixi,  
Non opus hic Arabis svaveolentis opes.

Da modo vina ! graves (dixi) relevantia mentes,  
Fugerit, & nunquam credo, revertet odor.

Hæc ego. Cùm doctor lñmis subrisit ocellis,  
Risit, & ex oculis desit ille meis.

Æole ! parce rati, quacunque reVectus abivit,  
Pronaque, quæs vehitur, lntea ferte noti.

At vos ! qui lætas eupitis traducere mensas,  
In virides mecum progrediamur agros.

Est aliquid viridis, quid nescio, lætius hortus,  
Quô caret incinctis mænibus arcta domus.

Et quoties, dum rure vacas, ad mænia versus,  
Næ meus hic præstat mænibus, inquis, ager ?

Cùmque suam quivis commendat laudibus urbem;  
Plus sibi rura tamen deliciosa placent.

Seu magis hic spirat puri clementia cœli ,  
Lenia taut varios villula culta metus.

Gens quoque Romulidum juxta pomœria tantum  
Constituit medico templa profana Deo.

Si tibi gramineô circumdata villula rivô est ,  
Lætaque vicini fertilitate soli.

Huc pete ! convivas huc tecum ducito ! mensam .  
Hic strue ; laudatæ nescius urbis eris.

Hic bene lætus eris, tecum lætabitur hospes ,  
Cum sociis castos tute fruere jocos.

Non tibi magnificæ canto præconia villa ;  
Miror sæpe magis grandia : parva probo.

Olim sat fuerat congestum cespite culmen  
Cespes & ad mensas sigmata justa dabat.

Tu quoque sic hilares poteris consumere mensas ,  
Torrida dum pluvio supplicat herba Jovi.

Gramine defixos viridi tege & arbore palos ,  
Hic crepet argutis lignea flamma focis.

Sit domus haud cedarinis, sed quercûs fulta colu-  
mnis ,

Da modo convivis ôtia casta tuis.

Sint modo quæ placeant oculis, seu cornuoda ruris ,  
Rusticus aut hortus, seu genialis odor.

Ad tamen auroram modicis agitetur ab Euris  
Sylvula, non magni pendula colle jugi.

Ducat in hanc gratis fabricatus callis ab herbis,  
Frondosæ solem decipientque moræ.

Hinc penes exiguo currat cum murmure rivus,  
Cujus ab exceptis arva rigentur aquis.

Limpidus inde fluat Zephyro lacus ebrius alto;  
Et sera per modicam squammea ludat aquam.

Hic tibi fércla cœquus, celeres puerique ministrent,  
Et mera, quæ justo pondere Creta tulit.

Hic tibi cántando volucris, cum pube diserta  
Exornet querula prandia strusta prece.

Ipse ego confiteor! mea sunt mihi gaudia rivi,  
Quos peto defessus pulvere Phœbe! tuo.

Gaudia sunt lauris sempér viridantibus horti!  
His postpono decem culmina, mille domos.

Interea pietas si spectas pârjete formas,  
Heu cave ne fœdas intueare Deas.

Quid tibi Christiades sus est in amore Venusque?  
Non facit ad lætos fœda cupido jocos.

Quid tibi Tartareo quæ rapta est virgo Tyranno  
Pingitur? aut raptae quid tibi forma placet?

Pârjete

Pârjete cur cypris meretrix, cur cum Jove prostat?  
 Cur Atalanta fugit? cur sequiturque procus?

Quid formam spectas? spectando concipis ignes,  
 Indignamque ferunt lumina capta necem.

Sed meritô persat! nescit qui tædia vitæ  
 Fallere, nî pictus consocietur amor.

*Qua manuso bſcænas depinxerat prima tabellæ,*  
*Et posuit casta turpia visa domo;*

Illa puellarum ingenuos corrupte ocellos,  
 Nequitiaque sua noluit esse rudes.

Illa tibi, cum blanda putas dñare gaudia mensæ,  
 Desigunt gremio spicula dira tuo.

Credis? an hinc placidæ tibi speras otia mensæ?  
 Falleris: haud castis cypris amica jocis.

Frigus ut est Bacchο, eceri velut hostis, & imber;  
 Sic Venus optatis est iniuncta jocis,

Ut, si quis violas, riguoque papavera in horto,  
 Lilia, vel noeuo contigit ungue rosas;

Mareida demittunt subito caput illa gravatum,  
 Nec vegetum posthac sustinuere decus.

Sic animus, foedi capiunt quem cypridis ignes.  
 Ipse sibi vitam subsecat, ipse jocos.

Sæpe aliquis faciles voluit traducere soles ;  
sed capta nequilit fingere mente jocos.

Institit è laitis arcessere gaudia mensis ;  
Gaudia compositis nulla fuere cibis.

Inde sub excelsa studuit requiescere turri ;  
Turris sed mœsti carceris instar erat.

Inde etiam lateri certos jungebat Achates ,  
Cum socio in virides exspatiatus agros.

Nil erat at fidos secum duxisse sodales ,  
Nil erat in viridi ponere corpus agro.

Displicuere horti, læti cum gramine campi ,  
Nec quidquam lætum fecit amica fides.

Curas ille tulit secum, tulit ille timores ,  
Elatas secum detulit ille domum.

Ejice raptoris pueri simulacra volueris ?  
Ille secat castas unguiger usque genas.

Nec Rhea nudatum comitetur falce maritum ,  
Est sat amor sævus, sat sine falce nocet.

Nec tibi fallentes Narcissus spectet ad undas ;  
Ne carpâre tuæ stultus ab igne genas.

Neu Zephyrus viridi texentem serta sub umbra  
Chlorida lascivo concitus igne petat.

O quanto satius, crux pingitur alma tabellis !

Quam Venus in rapidis quam vehit Aura rotis.

Quærit in umbroso cava tecta lepusculus antro ;  
Arguti quoties signa dedere canes.

Quærit inaccessas imbellis Dama cavernas ,  
Dum timet excusâ spicula torta manu.

Et tibi ! cùi tantis obnoxia vita figuris ,  
Quæratur Domini vulnere tuta domus.

Et : quanto melius spectabis párjete Divam ,  
Quæ manet à partu Virgo Parenisque simul ?

Hæc tibi ! si qua placet ? Virgo pingatur ; ocellos  
Digna tenere tuos, digna tenere meos.

Sanctus honos vultu, raræ par gratia frontis ,  
Laetæ colæque genæ, purpureumque labrum.

Si tamen est animus varias adjungere formas ?  
Lilia stent casti párjete casta laris.

Stet vel forma rosæ, sic picta, ut vivere credas ;  
Ista tabella tui signa pudoris erit.

Ingenui pæstanus erit tibi forma pudoris ,  
Ut pudeat quoties signa pudenda vides.

Et nisi te pudeat formas spectare protervas ;  
Ille rubor læsi pœna pudoris erit.

Lilia depictum submittent pârjete caulem,  
Spe & abis læso præque pudore mori.

Sed tamen haud istas tendit mea puppis ad oras;  
Ad tibi præfixas flecte Thalia dapes!

Post, ubi sorte jubes ambesas tollere mensas;  
In Labyrinthæis gaudia quære viis.

Nascitur hinc læti post mensas ordo laboris,  
Plurimus & casti nascitur ordo joci.

Illic sæpè potes reliquin transmittere tempus;  
Aut operum varias disposuisse vices.

Seu lubet umbrasos geminata forcipe crint  
Tollere, & arboreo spuria membra patri.

Seu placet Ascitô, ut valles plantaria rivô  
Qui recreet rutilâ dum cadit herba cane.

Sive placet pandæ collum sustollere plantæ,  
Seu runcare malâ consita damna manu.

Seu texisse novos, noceant ne frigora, fœtus;  
E necet aut, multâ dum cadit imber aquâ.

Sæpius exfectæ reddetur surculus Ulmo,  
Ut crescat natus, qui modo frater erat.

Gramina seu spæctes; seu vertas pectine glebas;  
Referet & curva quærere falce jocos.

Nec te

Nec te tædebit curtæ satiuncula betæ ;  
 Hoc quām sit lætum Maximiane ! doces.

Te scio ! Romanō recreant plus pastina sceptrō ,  
 Causia quām Grajūm buxea ferta magis.

Fac namque attendas ! referent quos tempora fru-  
 etus ?

Consita quos reddet fœnore Flora jocos.

Cūm tibi de plena flores apis egeret alvo ,  
 Compleat ut pingui sedula melle favos.

Ridebit matus ubi Vertumnus in horto ,  
 Cūmque volema feret poma noverca pyrus ,

Area quando olidas disperget munera plantæ ,  
 Cūm tollent tenerum lilia casta caput.

Nec dubitare licet : videoas ubi lilia , dices :  
 Lilia sunt animi gaudia sola mei !

Non mihi Myrte places ! pelago te nata fruatur ;  
 Lilia sine animæ tota volupta meæ.

Quid si conspicias plenis in vitibus uvas ?  
 Pinguia laudabis musta premenda pede.

Quid si poma cadent mensis placitura secundis ?  
 Colliget aut lectas dextra colona nuces ?

Has tibi lætanti ( prole es si forte beatus )  
 Impetet emissio pollicे sæpe puer.

Aut socium poscet, sit par, ut dicat, animus par?  
Pignora si videoas vincere, laetus eris.

Sed cave convivis Plautinas ludere Mæchas,  
Et cave mercantes corpore, scribe lupas.

Primi scripserunt rabie sua carmina vates,  
Ulti quod veteres lege fuere nefas.

Successit rigidæ levior comædia musæ:  
Sed simul & castus succidit usque chorus.

Tam male nunc miseras artes hæc secula tractant!  
Ut nihil incipient, nî furat arte Venus.

Et mage jam fœdos opus esset pletere versus,  
Quam fuit Archilochos jure vetare sales.

O mihi si leges fas sit, vel scribere poenas!  
Cypridis in prima lege vetabo jocos.

In populo Cynicus tollit fors nomina versus;  
At Venus erepto mente pudore nocet.

Vidi ego, nempe tuis infelix claudia! tectis,  
Fæmineum ludi masculineumque simul.

Vidi ego cornubium fœdâ dum pinxit in arte  
Vates è fœda Cypridis arte satus.

Scribere musa cupit, sed vos mihi parcite! scri-  
bam!

Versus & ingratam fors cadet iste manum.

Scilicet aspexi thalamos, & fœdera pingi,  
Ficto ubi conjuncta est comica mœcha Viro.

Hic vidisse fuit capros, cum scena reducta est,  
Inde capras venerem conglomerante colu.

Lucinam prægnata Narus clamore vocabat;  
Illa simul venit: sed pudor almus iit.

Stat deformis anus, gannitque cupidinis artes,  
Et docet illecebræ vincula dura suæ.

Dogus erat vanos impurus adulter amores!  
Impius in Dominæ ludere leno sinu!

Verna procabatur! scropham lectica tenebat!  
Horrebant fœdis omnia verba modis.

Mullier in stultos scripsit præcepta maritos!  
Consuluit dubiis dexteritate procis.

Debeat ut scamnum Mœchus perrepere prênsus!  
Vel miserum incesto frangere poste caput.

Tum joca! tum risus, tum gaudia, jurgia lusit;  
Quæq; animos capiant pharmaca scripta genis.

Una quis credat vates tot scribat ut arte?  
Plura sed & scripsit, quæ meminisse pudeat.

Siquis, ubi quærat dedit hæc præcepta Magister!  
Ille lupi quærat compita: tangat acu.

Sed Peto Lector, abi! sc̄edam nec quāre camēnā,  
Non ibi Mænidem, Virgilijumque leges.

Sed sc̄edas Bayii chartas, & olenia Mævī  
Carmina, Romani dedecus eloquii.

Illa velim rapidis Vulcanus Carmina flammis,  
Torreat, aut liquidi deleat amnis aqua.

Quid dubitas porcas igni punire camēnas?  
Abnuerit liquidas si dare sidus aquas!

Impia quā docuit, pœnā est dignissima chartas  
Deucalion; vel si non placet hic? Phaeton.

Cuncta nurus risit, plausit cum Matre puella;  
Sed tua riserunt porce! Magisteria.

Gloria cūique fuit, nullam dixisse pudebat:  
Callidior multō est hac quoque parte Nurus.

Et puto dicebant: bellè hanc calet Author opellā!  
Credimus, hāc posuit tempora longa sc̄ holā.

Si quāe casta fuit ( fuerat ) damnabat opellam;  
Despuit in sc̄edos casta Virago modos.

Ipse ego quārebam, qua luderet Author in arte;  
Pallade pro docta susque, Venusque fuit.

Hæ ego non scribo, cupio neu scribere mensas;  
Si cupio ( pœnas impia musa luat )

Quid mihi cum puerο de me non ille triumphet;  
Hunc mihi fas homini vincere posse Deum.

Sanguineas edit ille dapes, atque ore cruento,  
Cūi Venus in tectis verba cruenta canit.

At te ! qui Venerem docuisti claudere valvis,  
Admoneo: sceleris fac memor esto tui!

Quid castos Heruli corrumpis perfide! mores?  
Clari quid generis cypride perdis opes?

Ilio præclari in puer spes tota Parentis ;  
Crinibus ut Nisi spesque Decusque fuit.

Te quoque Magne puer ! teneris te surripe musis!  
Ut vigeas generis clara corona tui.

Nunc puerilis adest audacia, fortis abito !  
Dum tibi virgineas stat vigor ante genas.

Et vos ! Virginei quibus est custodia floris ,  
Hos flatus celeti defugitote pede.

Vos inquam moneo juvenes ! quicunque peri  
Discitis alterius posse carere suο.

Ne vos aut capiant pendentia bracchia collo !  
Aut fallat blanda sordida musa prece.

Linquite crudelesque domos, sævosque Poëtas !  
Pallada de casto summite quisque loco.

At mea fors currit, quem nolumus, amphora  
cursum?

Dissipit & cæcis ars temerata rotis?

Ergo lætificæ reddamus cætera mensæ  
Gaudia per le&os enumera vix.





# DE CONVIVIS IPSIS LIBER TERTIUS.

*Cujus sexus esse debeant Convivæ?  
Ex viris qui nam arcendi, quive,  
Et quot vocandi, ut Convivi-  
vium lètum sit ex placi-  
tis sapientum.*

**T**empus adest prandī ! lèti sumatis amici  
Prandia, seu culto jugere, sive domi.  
At mihi Phœbe fave ! summam fac scribere par-  
tem,  
Te precor ad versus flectere verba meos.  
Sentio, pronus adest ! tangit lauroque tabellas ;  
Lucidior vīla est quam fuit ante domus.

Sed

Sed tua convivas dum suadet musa jocosos ;  
 Fæmineos dixit : jungere siste jocos.

Mullier in læta mensa est symphonia discors,  
 Ruptis plus fidibus dissonat illa meis.

Innuit & digitis illas prohibentis ad instar ;  
 Vovimus, ad solos ducere verba viros.

Scilicet ista canit barbatos musa sodales ,  
 Excubet imberbis fæmina virque foris.

Parcite sed ! vatem cænis excludere Bambas ;  
 Maxima si vellem cedere, causa vetat.

Ut nigra candori, pugnant ut pallida rubris ;  
 Sic nocte & lætis fæmina cuncta jocis.

Semper enim Xantippa mihi trivenefica visa est,  
 Et semper solides litigat illa dies.

Sæpe quoque in spumas labium , maledictaque  
 solvit,

Sæpe quoque in famulas irruit ungue genas.

Fercula si dederit dena, aut ter dena : tragema  
 Lautum erit ; in lauto sed piper acre cibo.

Quanquam & dum veniant molles ad prandia  
 sexus,

Ter poteris denos enumerare dies.

Hanc retinet laceri pingenda modestia vultus ,  
 Illam ne veniat, cruda moratur anus.

Hanc luxus retrahit : vitreum dum se æquore spe-  
ctat ,

Dum vitrum annosas increpat usqué genas.

Hinc pudor, hinc maior tristes nascuntur & iræ,  
Projicit hinc speculum ! mox quoq; poscit idem.

Colligit & rursum capit is disturbat honorem ;  
Inlinit, & temerè balsama tergit aquâ.

Nunc sibi gemmatas baccas, nunc ferre quasillos  
Poscit ; sic dicit forma paranda moras.

Tempore sic longo molles vocat ebria vultus ;  
Interea sumptus percoquiturque cibus.

Hinc prius has annô Plautus putat esse vocandas ,  
Seu cibus hospitibus, seu datur agna Diis.

At mihi nolentem, quis nescio, vellicat aurem !  
Ut que canam vates parcìus ista rogat.

Et modo cognatam petit invitare Placillam ;  
Est pia, ait, prudens, casta, modesta, potens.

Sit pia ! sitque potens, claro laudata viroque :  
Sed minor est minimo fæmina summa viro.

Casta Placilla neat, tractet fusumque, columque ;  
Sic pia, sic castas semper olebit opes.

Scilicet : & Priscæ Tacio sub Rege sabinæ  
Maluerant quam se rura paterna colî.

Mulge-

Mulgebat Mater, quos filia paverat agnos,  
Ipsa dabat virgas; cæsaque ligna foco.

Linea mox tereti vertebat stamina fuso,  
Sæpius admoto dente trahebat opus.

Usque adeo intendit non fortem ad cætera men-  
tem!

Tamque operi promptas fecit adesse manus.

Ut non filia colu deduei, at stamina vitæ  
Crederebant; hinc parcis addita parca tribus.

At nostra teneras Matres peporere puellas  
Aurata cupiunt corpora veste tegi.

Licia Nere pudor! digitis vel tangere fusum  
In probris adeò fila rotare ferunt.

Nec tamen admiror: si istis sit cura placendi;  
Cùm comptos habeant secula nostra viros.

Ille sibi Cyrros, hic ornat peñine crines,  
Alter pulvereo quærerit honore decus.

Heu dolor! & pueros vir spargit pulvere vultus;  
Fulgeat ut nivibus mollior ipse suis.

Vidi ego! qui juvenes fidum aspernantur hono-  
rem;  
Et vidi canes, qui cupiēre, viros.

Hos ego Cæsariem tremula componere dextra,  
Et vidi juvenes fingere velle comas.

H̄i fruſtra nomen ſibi ſummat grande ſenatūs !  
Dum puer in calvo tempore pulvis erit.

Sit procul à mensis veluti mas fæmina cultus !  
Neglectūs laudem forma virilis habet.

Prima ſit in vobis argutæ cura Minervæ,  
Ingenioque decus conciliate viri.

Quid vir enim canis optet conſpergere frontem ;  
Si manet imberbis nunc quoque mente puer ?  
Ut natura dedit, ſic omnis pulchra figura eſt ;  
Turpe eſt fæmineo crine Nitere viros.

Nec fallāre tamen noſtra deceptus ab arte ;  
Non niveum maribus tollit Apollo decus.

Sæpe decus capitis, vel vultus forma decori,  
Pectoris extero reddit honore decus.

Sed procul à mensis! formam cū vendere cura eſt,  
Aut pretium à pīctis quærere grande genis.

Et quos Æſopi videas adducere larvām ,  
Hos cave, ne vocites me monitore, viros.

Si vero expeſtas, quos in conviviā ducas ?  
Et poſcis monitus haę quoque parte meos.

Accipe : cum docto doctus, cum paupere pauper ,  
Si modo ſint ſimiles, prandia læta dabunt.

Par quibus est studium, similis quibus arsque, la.  
borque,

Quos natura pares ingeniumque facit.

Non bellè juvenes junges, grandesque Catones,  
Nec benè pacatæ jungitur Ursus ovi.

Ruficus, & morum civis bene cultus in arte  
Secius haud pugnat, quam solet agna lupo.

Læti defugiunt, quæis foedant nubila frontem,  
Pertusos vitæ mens tacitura viros.

Præterea lætas si poscis summæ mensas,  
Ejice, qui centum conterit ore Viros.

Absint Bonnosi, centum qui posula potant;  
Non faciunt hilares plurima vina viros.

Qui centena bibit bacchantis pœcla furoris,  
Disturbat ceptos hospitis ille jocos.

Ille dabit raucosque sonos, animamque sonantem,  
Proque joco, potus musica Ronchus erit.

Quin benè si biberit: deposita lutrina somnum,  
Ructanti lætos differet ore jocos.

Sed neque, qui longo properant ad prandia collè,  
Quique gruis cupiunt guttur habere, voca.

Hujus turpis erat luxus Melanthius Author,  
Qui sibi poscebat guttur habere gruis.

Non ut multa voret ; sed quo sentire voluptam  
Posset, & immensô corpus amare cibô.

Hinc sibi ferventi corpus lavabundus in unda ,  
Offâ perdocuit colla calente sua.

Lætus sed nusquam visus fuit ille, salesque  
Prodere, dum summô prandia sumpta jocô.

Hûic similis quicunque venit : non gaudia quæ-  
rit ;

Contemnitque jocos, si modo corpus alat.

Hos ubi nactus eris, mireris paupere mensa !  
Hi fugiunt curtas puppe, ratique dapes.

Et veluti mures, properant ubi te&t;a ruinas ,  
Effugiunt, netos destituuntque lares.

Sic ubi pauper erit mensæ sternenda supellex ;  
Sentiet ista Nero, defugietque dapes.

Nullum ita sed studeas inenfis arcere, cibisque ;  
Quàm quibus in tetricis ferbuit ira genis.

Quos si sorte velis nostrâ didicisse Thaliâ ?  
Hæc tibi, nec dubiè, signa Thalia dabit :

Si quis vel paleam pervolverit ore volucris ,  
Et quasi per mentum nidificabit opus.

Cûi malè prostat saturato ecclipsis ab ore ,  
Scribeturque levi sœpius orbe cohors.

Quem tu, cùm loqueris, vix exaudire videbis,  
Qui vix dicenti : vive ! reponet : ave !

Qui quasi concubiæ captabit Morpheus noctis,  
Nec promptus dictis aure loquentis erit.

Hunc totâ stoicum terrâ removeto, marique,  
Sit procul à cætu, sit procul absque cibo.

Nam quid enim speres aliud, nisi prælia, lites :  
Miles ubi tristi trux coquit ore minas.

Sidera, Cælorum tractus cùm nube teguntur,  
Vix fulgent, rubeus nec benè paret Eos.

Fulmine quin etiam râpidus diffinditur æther,  
Quin pluit in timidos aëris ignis agros.

Sæpius & culti spes omnes sternit agelli,  
Agricolumque truci turbine verrit opes.

Sic ubi luftificus lætis conjungitur hospes  
Efficit insipidos bilis amara cibos.

Et quamvis talis non captet prælia Faunus,  
Est tamen à pleno dissipatus orbe jocus.

Dum spectant oculi torvos, rugantur & ipsi,  
Multaque corporibus transfige nocent.

Hospes adest Cynicus ! sufferte ciboria mensis !  
Hic hospes lætos vix sinet esse cibos.

Diogenis dabitur ventri lactuca severo ,  
Vel dabis è portis fila resecta suis.

Hæc malè lætus edat fugiturus oluscula venter ;  
Cùm se distulerit : prandia lætus ages.

Præsens semper erit licitos incessere risus  
Promptus, & appositas increpitare dapes.

Si qua loquere : modum petulanti splene return-  
det ;

Si taceas : linguae verbere carpet idem.

Cuncta tibi Cynicus lustrabit testa sodalis ,  
Jam non ut quondam paupere lente satur.

Arida per latam circumferet ora culinam ;  
Ex tamen hac Cynico vix dabis apta dapce.

Si n̄l, quod forsan tibi derideret, habebit ;  
Sandalium Veneris concrepuisse luet.

Sì quis forte furit : nova subdet pabula flammis ;  
Corripiet Lætas didita flammam domos.

Ante dabit Vulcanus aquas, vel Nereus igness  
Quām dederit Cynicus prandia læta sinus.

Nec minus evites : nigro quem dente videbis ;  
Nec magis ad mensas perge vocare tuas.

Hunc natura lupi stimulat, ne prandia credat  
Læta, nisi ambeso paveritora viro.

Hic male composito miscebit prandia risu ,  
Absenti miras allinet usque notas.

Talis erit sermo ! talis vox ! omnia talis ;  
Quem tibi nec possis singere, talis erit.

Doctus erit talis ! Dives cum paupere talis ,  
Ipseque, qui dieet talia, talis erit.

Si tibi configet nocuo sermone bibaces :  
Tolle cito plenos ! ne bibat ipse, scyphos

Si petet insaturos linguae mucrone Nerones :  
Eripe ! vel positas ipse vorabit opes.

Quidquid aget, cupietque suis proscindere verbis.  
Credito de semet dicere : talis erit.

Sæpe tamen castum traducet dente pudorem ;  
Non tamen, ut carpat eaſta, pudicus erit.

Quid, si Palladios cæptet describere alumnos ?  
Nonne putas doctas hauserit ille Deas ?

Falleris : & vacui resonabunt dolia ligni ;  
Nec tamen in resono vase Lyæus erit.

Sæpè aliquis tacito visus coluisse Minervam ;  
Sæpè aliquis risum, qui scio ! dixit, habet.

Sæpè aliquis voluit sese simulare disertum ,  
Sæpè, quod insipidus cæperat esse, fuit.

Nunc igitur socii spectas ubi lædere famam ;  
Corripe ! vel tectis arte repelle tuis.

Aspera lingua nocet ? Vir justus corrigat illam  
Talis erit magni victor in arce Jovis.

Namque aliquid fuerit, contra sua secula castum  
Altius & vitiis exeruisse caput.

Nec nocuisse sibi, quamvis foret ansa, tacendo ,  
Nec quemquam gladium pertimuisse tuum.

Nec linguam exeruisse joco, mensave, foroque ,  
Omnibus, & minimo complacuisse Viro.

Nec mihi quis dicat : suades nimis ardua vates !  
Ardua confiteor scribimus ; æqua tamen.

Obvius infestis audentior ito loquelis ;  
Credet patent justis ardua cuncta viris.

Nec timuisse velis : ne te fera bella sequantur ,  
Concitet aut virus perfidus ille suum.

Tot prius hoc egere viri ; nulla arma secuta ;  
Crede mihi vanos res habet illa metus.

Finge tamen si vis : ingens consurgere bellum :  
Sunt quoque virtuti baltea, pila, viri.

Hæc pro te prompta est robustum sumere ferrum ,  
Solaque pro centum millibus, arma feret.

Et licet

Et licet in justum totus contenderit orbis ;  
 Tu laudem victo vīctor ab orbe feres.

Hac etiam varias excludas arte figuras ;  
 Non semper, varium quod solet esse, placet.

Si quis fors levibus Protheus mutabitur undis .  
 Nunc Leo, nunc arbor, nunc erit Hyrtus aper :

Et modo confictâ stillabit mella loquelâ ,  
 Et modo laudabit prandia, testa modo :

Hem ! tibi si dicat, vir quantus es hospes in orbe !  
 Quām lautæ mensæ ! quām sapidumque merū.

Ne tibi persuade: hunc aptum mensaque, jocoque :  
 Qui nunc gannivit, mox erit hyrtus aper.

Gallida dulce melos cantat vulpecula, visum  
 A volucri libum dum crocitante rapit.,

Ast ubi mendaci decepit voce volucrem :  
 Corvus ( ait ) fueras, post quoque corvus eris.

Sed corvus falsa captus jam laude, doloque ,  
 Discit, non justa perdere laude dapes.

Sic tu quem videas, Divos quod pingat equinâ  
 Caudâ, vel vitium laude linire, fuge.

Hoc quoque præcipio ( nostram nî riseris artem )  
 Sis procul umbrarum, (d) quæ comitantur herū.

Riseris

(d) Convivias non vocates, umbras vocabant veteres.

Riseris at : merito ridebis prandia, solum  
 Turba ubi servorum ter geminabit Herum.  
 Obstupet ipse coquus, Mæcenas ipse timescit :  
 Cadmeum credunt surgere semen humo.

Trojanamque putant versuros cladibus urbem :  
 Non se gratuitâ pascere velle dape.

Crede mihi ! non lætus eris, si tempora mensæ  
 Lætitiae mixtos sunt habitura metus.

Palladis & fucos mensis removeto sodales ,  
 Pallade quos docta plus sapuisse vides.

Qui subtile gravi semper Crocodillon (e) ab ore  
 Promit, vel miscet retia plexa jocis.

Grandia qui ja&tac;at sapientis acumina Regis ,  
 Scitaque mortali vix capitnda sinu.

Quive loqui soli cupiant, aut esse Magistri ,  
 Et dare Memnonias, quæ latuêre scholas.

Pluraque ( ne longo frustra sermone laceſſam )  
 Dogmata, quæ nusquam docta fuere, docet.

Post, ubi contendis : contra negat esse solutum ,  
 Ad mensam Nili sic cataduppa vocat.

Fit clamorque virūm, resonant clamoribus aedes ,  
 Lætaque quæ fuerat, bile Thalia tumet.

Sunt

(e) Argumentum captiosum.

Sunt nec difficiles sacrum miscere profano,

Cum Terere, & Baccho credere & esse Jovem.

Sic litem dirimunt; tamen indecisa reclamat,

Et pota perdunt postmodum vite fidem.

Hos flacos tollas! discerne a Pallade fucos;

Utere pacata Pallade, laetus tris.

Pallas amat nostram bellè moderata Thaliam;

Læta erit & modicâ vestra diæta Dea.

Prandia forte paras? perpendas ritè vocandos,

Quantum quisque valet, respiciendus homo est.

Ad tua quam ducas peregrinum limina equellum,

Quam pateris stabulis mandat ut ille tuis.

Dispicis empturus: Phaleris quam præstet, & ausu,

Quod genus in Criftis exhibet ille suis.

Unde Pater? Mater? qualive propagine natus?

Xantô; (f) vel Baliô; vel mage Martis equo?

An duplex agitur per lambos spina, cavitque

Tellurem, aut valido succutit ungue solum?

Altius an graditur, vel mollia crura reponit,

An fluvii rapidas promptus inire minas?

An sublime caput, brevis alvus, plenaque terga,

Ardor quis pugnæ, quantus amorque fugæ?

Deniq;

(f) Equi Achillis Homero immortales dicti.

Denique quæ collo virtus, quod frontis acumen;  
 Qua succedit volitans parte tenere jubar.

Nec solum id spectas : qualis sit forma, colorque ;  
 Sed quibus est vitiis horridus, usque notas.

Num mordere feroy, rigidus num calce ferire,  
 Calcitret, aut plana cespitet ille viâ ?

Post, ubi cognosti, stabuli dignaris honore ,  
 Pabula das, dorso das phalerasque suo.

Quam variatur equus formâ, virtute, colore:  
 Tam quivis animo pervariatur homo.

Ergo tuâ sonipes si discernatur ab arte :  
 Delige, cui copules & joca læta, virum.

Felix ! si fueris toto vel nactus in orbe ,  
 Victum quem vitiis nulla cupido tenet.

Quem neque pauperies ( Phœnix heu ultima )  
 frangat ,  
 Pauperies cunctis quæ male fertur onus.

Cui vel sint animo submotæ cura, dolusque ,  
 Cui vel delicias sors ferat ipsa necis.

Cui non fumosis omnis stet gloria ceris ,  
 Nec surgant gestis nomina sola togis.

Pectore sed cuius pingatur vita cupido ;  
 Culta cui titulos jusque, fidesque facit,

Mascula virgineo cui prostet gloria vultu,  
Corpore cui toto Diva modesta sedet.

Temnere vel novit nocuum cum fascibus aurum ;  
Fortis & æquali peccore ferre vices.

Cui decoret niveam facilis sapientia mentem ,  
Quem docuit castos promere lima jocos.

Quem lateat summum contra pugnare Tonans  
tem ,  
Perfida sacrilegas nec coquat ira minas.

At placidum superis, socio se prebeat omni ;  
Iræ non minimo detur & ungue locus.

Felix ! si tantum ( repetu ) conviva sodalem  
Repperit , hic socii nomine dignus erit.

Fuscus erit ? toto sed Phœbus in ore vigebit ,  
Innocuaeque rosæ, stelligenaeque nives.

Sit niger : at tota radiabit fronte ruborem ;  
Mixtus erit candor, cumque rubore pudor.

Parvus erit ? verū summos superabit Achilles ;  
Sola facit magnos mens, pietasque viros.

Usque rotundus erit ? sed & alto major Olympo ;  
Sit teres : ast ulnis congruet ille decem.

Hic tibi lætitiamque dabit, dapibusque jocorum  
Millia, cum læto tu quoque lætus eris.

Hic tibi de cultis narrabit plurima mensis,  
Antiqui ritus quosque habuere cibi.

Quid manibus Lymphæ, vel cur in antilia lotis  
Sint data? quid positis optima verba cibis.

Cur dextrâ sumpsere cibos? cur pocula dextris?  
Primula cur suerint projicere frusta foco?

Cur etiam soliti Bacchô libare salutes,  
Aut bene concordes dicere: vive! Deo.

Denique cur reliquas calathis componere micas,  
Aut non absumpsi linquere frusta cibi.

Scilicet & dicet: manibus data Lympha lavandis,  
Ut caperent puro quilibet ore cibum.

Namque minus tergenda manus, quam pectus,  
& ora;  
Sordida quod maculent pectus & ora manus.

Forsitan & dicet: sunt verba precantia Divos  
Dicta prius, coctæ quam caperentur opes;

Candida simplicitas quod crederet, hospitis instas  
Numen in appositis semper adesse cibis.

Primula de cupido subducta est portio dentis;  
Ut coleret primos hospes honore lares.

Nec male, quod proprio gustu deducta cremabant;  
Ignis enim rudibus quilibet ara fuit,

Hinc quoque non lœvâ porrectum coclear ori;  
Quod coluisse Deos nobiliore decet.

Si quis forte virūm renuet per prandia : belle  
Posse coronatis dicere : Vive ! scyphis.

Quamvis tacuerit, læsum mirabitur usum,  
Et dicet Grajis hunc placuisse modum.

Dum neque perverso perdebant ordine nomen,  
Nec titulos inter concupière dapes.

Dum fuit in variis titulus mortalibus idem,  
Dulce quoad cunctis nomen : amicus, erat.

Sed postquam pretium deductum est nominis ;  
orbis  
Totus honoratus quæsit esse Deus.

Et, si forte minus quemquam Jove dixeris alto :  
Fulmen in incatum decidat usque caput.

Sic quoque mos fuerat (dicit) non perdere micas ;  
Gens quod prisca sacrum crederet esse eibum.

Et quædam (referet) liquisse cibaria mensas ;  
Quæ nota non dubiae sobrietatis erant.

Talia narrabit sapiens, quem suäsimus hospes,  
Pluraque, quæ castis sunt bene juncta jocis.

Condimenta dapes hinc sument, fércla saporem,  
Sermo erit egregii mensa secunda viri.

Sic tibi

Sic tibi mens hilaris veniet, sic gaudia mensis,  
Sanaque vel vetulos percoquet alvus apos.

At nunc jam, numerum si quis putat esse canendum

Hospitibus : nostris hæserit ille metris.

Qui faciat lætos numerus, quæ summa sodales ;  
Ille magis scribi, quam placuisse potest.

Convivis veteres cupiebant claudere ternis  
Prandia, quòd numero gratia terna foret.

Crevit deñ numerus, solitique coire noveni;  
Aonidum ut colerent numina sancta novem.

Nec quemquam feriat contritus sermo Pelasgum :  
Convivas septem dant, vitiūmque novem.

Creta fuit mendax semper, mutabile Graji :  
Quos docuere, diu vix tenuere modos

Et Plato symposiis, summâ tamen ipse Minervâ !  
Octo solet mensis jungere, bisque decem.

Nec tamen id doceo : nostræ modo credite muse :  
Multos cum multis sœpe perire jocos.

Sæpè aliquis canis multis venerabilis annis  
Mille dedit mensis gaudia, mille jocos.

Et mihi notus erat, nec parvo carior usu ,  
Quales sunt priscæ, vir probitate, viri.

Is, qui-

Is, quibus addixit : faciles traducere mensas,  
Et docuit licitos arte tenere jocos.

Dii sint eis faciles ! & ducat secula cervi ,  
Gaudeo de tanto promere verba Viro.

Non tot vernant i variant in jugere flores ,  
Quot promptos habuit vir meus iste sales.

Est locus in samufis quâ currit rivulus amnem ,  
Zingaricasque novo nomine mutat aquas.

Dextrorsum leporum quâ visitur hortus ad hortos  
Si quis ad Hesperios Claudia ab urbe petit.

Inter ibi viridem Pemonam, altumque Diale  
Sumpsimus in lætis prandia culta jocis.

Hic, ubi primicias mensæ libaverat hospes :  
Omnis in innocuos protinus ire sales.

Ille velut senior meritis, canisque sodalis ,  
Ter lepidus sociis, os, ait, esse volo !

Caulibus è mediis pinguis mox bullo volavit ;  
Offis ( si nescis ) bullo medulla fuit.

Elicita tostæ sapidæ pinguedine quadræ ;  
Os subito in vacuum lumina missa tenet.

Multa rogat juvenes, quæ nodis implicat ipse ;  
Alterna rogitat dissoluënda vice.

Hæc alii dum quique vident, augere secundis ;  
 Lætitiæ gaudent arte aperire modum.

At juvenum dubitare labor, quæ quisque reponat ;  
 Multa soluta tamen, cùm dubitatur, erant.

Is, quoque, dum docta juvenes ambage fatigat ;  
 Ædipus est subito, qui modo nodus erat.

Gaudia dat paribus, cultæ documenta juventæ :  
 Cum dapibus lepidos posse tenere jocos.

Huic similes, dignosque cibo, dignosque medulla,  
 Qui dare constituis prandia, quære viros.

Si vir amicus erit : plus hunc dilexeris hospes ;  
 Occupet & lævam Vir tuus ille tuam.

Crimen nec metuas, lævæ quod jungis amicum ;  
 Parte quod in læva cor tibi dulce micat.

Hac ratione probos Cyrus veneratus amicos,  
 Regia cùm summis prandia structa viris.

At bene nosce tamen ; ne cuī concredis amorem ;  
 Is gerat astutis pectora fulta feris.

Falleris heu ! quoties ? dapibus testatus amorem ,  
 Dum capis immeritos post pia facta dolos.

Numquid, cor quoties dederas, rapuisse putabas ?  
 Sed pro corde dato, sunt data verba tibi.

- Numquid, dum lautæ præbebas munera mensæ,  
 Immemor absumpti muneris hospes iit?  
 Fabula Mæcoenas vulgi es delatus ad ora;  
 Vulgator turpis sæpius hospes erat.  
 Hos fuge, quæ liceat, dapibusque averte sodales;  
 Accipe, quos ornat, mensque fidesque viros.  
 Quos ubi reperias: fugiat Cytharædus ab aula;  
 Præ Cytharis hilarant hi ( mihi crede ) viri.  
 Quod si nec toto tales invenetis orbe;  
 Prælege, quos vitâ sustulit urna viros.  
 Pinguibus in mensis soluit quæsiisse Tiberūs;  
 Illo, quæ didicit quisque notanda die.  
 Grajos quid memorem, solitos tentare vocatos,  
 Ut nō sent, hospes dignus an usque cibo.  
 Præmia solventi, lixatæ portio carnis  
 Est data; non doctis lambere, pœna! salem.  
 Sic pariter digno careas si forte sodali,  
 Sumito ab Elysii gaudia justa viris.  
 Nil hos formides; oblectat posthuma Pallas;  
 Majus & à tumulo nomen in ora venit.  
 Tunc etiam nostrum nomen miscebitur illis;  
 Nec mea lethæis scripta dabuntur aquis.

Namque aliquis dicet: febrici lege carmina Chapi!  
Frigida, sed lastos quēis docet ille cibos.

Non etiam vetitum nostra quis credat ab arte:  
Musica ne positos personet ante cibos.

Fas accire e pulis numeros fidiumque, chelisque;  
Sive tuos Léve! Nagyida sive tuos!

Cerne Neoclidem, Xerxis qui fregerat arma,  
Exul in Argolica quive resedit humo.

Qui sibi, ne patriis fieret non fidus Athænis,  
Sanguine, quem biberat, jussit adesse necem.

Ille rufus visus, Ducibusque vocatus amusus,  
Dum negat ad mensam posse sonare lyram.

Scilicet: hinc Grajis deductum nomen: *amusus*.  
Hac sine quod sapiens nulla Minerva foret.

Nec mihi focratico monitus quis respuat ore,  
Qui stolidos tantum dixit amare fides.

Tallitur Actæusque senex, quique ista docebant;  
At stabilit nostrum magnus Homerus opus.

Demodocus, Themiusque seni cantavit Homero  
Scribenti Alcinoi prandia lauta Ducis.

Quin etiam summos ducenti in prandia Dives,  
Cum liquidis musis cantor Apollo fuit.

Dardaniden Dido reficit ; sed cantus Jöpas  
Et Citarâ recinit, quæ docuissest Atlas.

Attamen haud fœdum Didus animabat amorem,  
Nec, quò Dardanides captus amore, canit.

Sed canit errantem Phæben, Phæbique labores :  
Unde hominumque genus, Nymbus, & unde  
focus ?

Talia cum docto poteris renovare sodali ;  
Sic dabit innocuos musica læta jocos.

Sed cave ! ne modulos infamis psaltria cantet ,  
Inficiatque tuos perfida ! voce cibos.

Extremum quisquam de nostra querat opella :  
Quis faciat lætos victus & ordo viros ?

Hæc mea si tentet demens ! cantare Thalia ;  
Abstulerint celeres impia verba Noti .

Certè ego non demens, ut quos exosa vetustas ,  
Occipiam pulsos arte referre cibos.

Tyndaridum novi depulso urbe nitores ,  
Quique solent nitidis ungere costa pilis .

Et novi positum Cadmeo culmine fulcrum ,  
In fulcro scriptas nosco fuisse minas .

Scilicet : in Regem, luxum qui traxit in urbem ,  
Cùm sumpsit nimiō Prandia lauta merō .

Mænis erat Princeps, Rex ventris iniquus & urbis,  
Ventri qui paret si tamen ille regit?

Diris hunc populus patula suffixit in æde,  
Omni, quæ possent posteritate legi.

Vis, maledicta tibi dicam? conscripta columnis.  
Hæc ( nisi mens fallit ) sunt male dicta sacris:

Dii tibi! qui tuleras luxum de Perfidè Thibas,  
Dii faciant! nullis exstatiere cibis.

Dii faciant! mensæque, Midæ vertantur in aurū,  
Dii faciant potō dispereasque merō.

Sit precor in fatiſ! ut post tot fērcla, voluptas  
Ingerat impuras in tua damna manus.

Grande nefas! & si judex statuatur honestas,  
Quō non suppliciō noxa pianda tua eſt?

Fercula, queīs aetas, & prima pēpercerat alvus,  
In mensis poteras ponere Mæni! tuis?

At tibi non sapidæ veniant, quas hauseris escas,  
Improbè! eum sociis arva vagere lupis.

Hæc in barbaria poteras exempla probare;  
Hæc poteras patrio spargere probra solō.

Nominis, atque æris jacturam traximus omnes!  
Omnibus, at varius natus & inde dolor.

Nil tu!

Nil tu ! venturos ( nam te bene novimus ) annos  
Prospicis, ignavæ semina mentis habes.

Nulla ignave ! tibi, victuri cura nepotis.  
Excidit & laudi consuluisse tuæ.

Gloria sola : dapes ; pretium par reddet & ætas ,  
Prostituent cineres hæc male dicta tuos :

Mille locis sparsus jaceas, trahat ilia corvus ,  
Diripiatur vultur lumina, membra feræ.

Umbra siti pereat, rabies extorqueat ora !  
Expetat insipidos osque, manusque cibos.

Has ego ( nam fama est nobis ante omnia curæ )  
Dum timeo, vito, præcaveoque minas.

Non ego, non doceo, sybaritica gaudia luxum ,  
Defugit & nimios læta Thalia cibos.

Sat dominatur amor luxus ! nec lege Tiberii  
Comprimitur ! luxus sic dominatur amor.

Vulcano strepitante foci, jaciuntque favillas ,  
Illa vix dubites igne perire novo.

Ollarum volitant centum hinc, mille inde Phas  
langes !

Inque gulam reparat Sardanapalus opes .

Phaside mensa fragrat, made fiunt tecta Lyædi;  
vix testudinibus non sibi strata micant.

Non satis ut quondam sumptum perdice cerebrū,  
Grata nec est Clypei\* Vere ! Minerva tui.

Dissipiunt hodie stomachis patinæque \* Vitellī  
Sint licet extremō pemmata sumpta fretō.

Jamque horret botulos, pretiosa tomacula venter,  
Displacet Æsopi \* dicta patella cibus.

Osyma \* despiciunt, fætent ventresque \* Falisci,  
Graja nec in charis Mattya\* venter habet.

Sed nec cuncta simul possunt satiare voluptam ;  
Nunc teneri cupiunt jam cerebella Jovis.

Heu quantis avidæ servitur censibus alvo !  
Quām turpi venter fœnore poseit opes.

Factus inops luxu Dominus, post sulcat agellum ;  
Quasque malè amisit, nunc malè quærerit opes.

Rure famet, betaq; petit, meminitque minutal, \*  
Vix tegit in viduo bardocucullus agro.

Cūi, bene si pareis posuisset prandia mensis ,  
Justa foret lasso cænula prompta viro.

Legéque si Fannī dapibus concessā (g) volucris  
Delicias domino redderet una suo :

Pauca modo infelix, sua pectora plangeret Uxor,  
Nec gemerent Patris pignora damna sui.

Non

\*\* *Nomina singularium ferculorum.*

(g) *Gallina sola ex volucribus mensis permissa  
opponi.*

Non collo cuperet conjux innætere nodum ,  
Nec malè commeritam frangere fune gulam.

Quin bene si nōset claræ primordia ceræ.  
Terrestris gratæ cæna fuisset opes.

Aut Agathocleo struxisset prandia more ,  
Cuī tenuit summas terrea testa dapes.

Panderet ut se se figulo Genitore creatum ,  
Proderet & Patrium nolle pudere genus.

Te quacunque putas conviva ! propagine natum  
Terra tibi Mater, terra Paterque fuit.

Hoc genus enumera, ut teneas bene nobile stemna,  
Sic genus in tota posteritate leges.

Aspice ! quam pereunt peregrino gaudia luxu ;  
Mixtaque quam nimis fint malè damna cibis.

Despice magnificos regalia prandia sumptus ,  
Lætus eris : sumptus si moderatus erit.

Lectos quære dies, lectas sedesque, virosque ;  
Hæc sint : & fuerit plena diæta jocis.

Hæc super ingenuis cantavi carmina mensis ;  
Si placet : exacto carmine lætus ero.

Si fors displicuit multos tactura Thalia ;  
Laudavit multos : his placuisse potest.

Sit fœcunda licet ; scindatur aculeus illi !  
 Excisô, nunquam mellificabit apis.

Fas apibus cunctos, fragrant qui jugere flores  
 Carpere : quis vati jure vētare potest?

Sed quocunque tamen populus me donet honore :  
 Si non Cygnus ero ; sed tamen anser ero.

Si mihi fors nomen detraxit Apollo Poëtas ;  
 Insanum vulgus spernere posse dedit.

Vos tamen ingenui ! terra meliore creati ,  
 Quarite læta cibis tempora, tecta, Viros.

O. A. M. D. G.

B. V. H.



NOMI-



NOMINA  
OFFERENTIUM  
ILLUSTRISSIMI  
FRANCISCUS L. B. HALLER  
DE HALLERKÖ.  
PETRUS L. B. HALLER de Eadem.  
*SPECTABILES, PERIL-  
LUSTRES, PRÆNO-  
BILES, NOBILES.*  
ORDINE ALPHABETICO.  
ALEXIUS BOROSS Siculus Szent-  
Tamasiensis, ex Sede Csik.  
ELIAS PRENTICS Bulgarus Fel-Via-  
censis ex Com. Albensi.  
EMERICUS GALL Siculus Szent-  
Györgyiensis ex Sede Csik.  
FRAN-

**FRANCISCUS HOLLAKI** Ungarus  
de Kis Halmágy ex Com. Zarandiens.

**JOSEPHUS FLAISMAN** Germanus  
Tordensis ex Com. eodem.

**JOSEPHUS GALL.** Siculus Szent-  
Györgyiensis ex Sede Csik.

**ZIGISMUNDUS KELEMEN** Siculus  
Maros - Vássárhellyiensis ex Sede  
Eadem.



